

Paul Tarnow

**Rector Academiae Rostochiensis, Paulus Tarnovius, D. & Professor S. S.  
theologiae, Ad funeris deductionem, Quae ... Agnetae Beselins, Coniugi & viduae  
... Viri, Dn. Bernhardi Scharfenbergii, Consulis Rostoch. meritiss. a filiis & genero  
moestißimis paratur ... Omnes Academiae Cives Amanter & officiose invitati**

Rostochi[i]: Pedanus, 1624

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777431394>

Druck    Freier  Zugang



Tarnow, P.

in A. Beselin,  
uxor. B. Scharfenberg.

R. 1624.







1624

RECTOR  
ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS,  
PAULUS TARNOVIUS, D.  
& Professor S. S. theologiæ,

Ad funeris deductionem,

QUÆ

Piissime, & honestiss. matronæ,

AGNETÆ  
BESELINS,

Conjugi & viduæ,

AMPLISS. ET PRUDENTISSIMI VIRI,  
Dn. BERNHARDI SCHARFENBERGII,  
Consulis Rostoch. meritiss.

Filijs & genero mæstissimis paratur,  
Hodie hora media prima,

ACADEMIAE CIVES AMANTER  
& officiosè invitati.



ROSTOCHI

Typis Joachimi Pedani, Acad. Typog.  
ANNO CICCI CXXIV,



RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTO-  
CHIENSIS,

PAULUS  
TARNOVIUS,

D. & S. S. theologiæ Pro-  
fessor.

*Alomon, omnium in Israele  
regum sapientissimus, teste Je-  
hova, I. Reg. 3. v. 12. Et homi-  
nibus illius temporis, longè la-  
teq; habitantibus, ad quos de-  
ejus sapientia fama dimana-  
vit, adeò ut regina Austri, ex  
finibus terra excitata, experimenti de ea capiendi  
causa, in Iudaam venerit, Et partim ex colloquio  
cum rege, partim ex aula constitutione tota animad-  
verterit, rem esse famam longè majorem, ibidem, cap.  
10. v. 7. Matth. 12. v. 42. cum libri sui dictorum  
sapien-*

Sapientia & pietatis plenissimorum, qua vulgo Pro-  
verbia appellantur, clausulam erat facturus, & qui-  
dem artificio singulari, quod indicant arescūdes juxta  
seriem literarum hebraearum in fonte, commodius  
ad eam argumentum ipsi visum est nullum, quam  
mulieris strenua ἐγκάμπον: quod totum, quia aptissi-  
mum est instituto nostro, nec commodè potest per  
conditionem morum, locorum, & temporum no-  
strorum sua, qua scriptum est, inspirante Spiritu S.  
lingua, buc transferri, aliena, sed doctis communis-  
sima & familiarissima, referemus, interprete Illus-  
tri & CL. viro, Josepho Scaligero, Julij Casaris  
Scaligeri filio. Versus viri doctissimi & disertissi-  
misunt, qui sequuntur:

Τίς πότε ἀριστεύσου τὸν ἀνδράσιν εὗρε γυναικας  
ἢ δέ χλιδῆς πάσοις ἀντίξει; Οὐ ἀντερύσσομεν.  
Ἐν τεύτης γὰρ χεροὶ φίλοι κέαρ ἀνδρὸς εἴο  
ἔλαστην· εὐπέπελεν δὲ ἀπέμετην θυτέ λέην.  
Καὶ ἡ γυνὴ περφεροσα φιλοφεστίνης νόσοιο  
ἐν κυκνὶ ἀλλ’ ἐθλόν πι ἀμείβεται ημετέ πάντα.  
Ὕπε μετερχομένη ταῦταν ἐν Φρεσνῇ ἡσι μέρονται,  
ἢ λιγον, η ἐγκυον φιλερχοῖς χεροὶ πονεύει.  
τηλόδι σῷ δὲ οἱ βιόποι πείζεται ητα πάντα,  
οἵα τις ἐμπερέψμε φιλοκερδέω. ὄκναλεν ηῆς.  
καὶ γὰρ ἐρημολεχῆς κοίτης ἀγχώνον ἀνέστ  
ἐννυχίη, ἀπαλοὺς μέμονέται ὁφει κορέωση  
ηέας ἀρματίνεις, καὶ διμωΐδες ἔντον ἐριθεῖς.  
καὶ παντα πυκνήστη περιηθεῖσας ὀρέωσε  
καὶ συγχόρειο πιτύσκετη οργαίδα γαίην.

A 2

εἰς

εἰς δέ μιν ἐργολαβεῖ, Φίτυσέ τε θέσπελον ὄρχον  
θελόπεδον ἐργηλές ἐστις κομέουσα πόνοισι.  
ἄν δέ μὴ στεγάλην ἐζώσαν ἔνσολον ὁσφιά,  
ἄν δέ πόνω καρύτουν θερκίονα καρπεόμοχδον,  
ἔνσθής ἡς ἐμπορεῖται. Χρητὴν ὅπιμέμφεται πάσιν.  
ἀμφοτέρησιν ἐμφερψιν ἀλεκτίδα τοῦ ἥλακάτην πο-  
τῆλακάτην λατηνήν, καὶ ἀλεκτίδα δεξιτέρην φι-  
λικαλέσις, πεντήκοντα τε ψάρεψε κατέστη Βοϊδὸν,  
λικαλέσις θρέπτειρα, πεντήκοντα ὀλβιδότειρα.  
πάντες οἱ ἐν μεγάσοις ἔυτυχεις νῆποια τέκνα.  
οὐτε ὅθεται θορέασο δυσογένεια, οὐτε αὐτόχθη.  
ψυχερόλε γναφάδης ρίπης δυστέμφελον ἡμαρ-  
ῶνδε πόνων σωμέταιρας ἐν ὅρφη λύκην ἀπέσβη.  
διπλοίδας δὲ πάντες ἐπαλέας ἀμφιέννυται.  
καὶ οἱ ἄλις γλαφυραῖς χηλοῖς ἐνι σταλένται  
πορφυρέοις τάπησιν ἐπίτειμα ρήγεα κεῖται.  
πάσιν ἀρετογάμοιο. θεικλυτὰς ἀνδρὸς ἀνεῦ-  
ηρδύε ἐν ἀγρῷ πολιοῖς παρὰ δημογέρευσι.  
ἡ δὲ παλιμπεχτηνί αἴφη ἀν κάμε κερσὸν ἐποι-  
δακταλέσι. ἑαυτὸν ζωσῆσε τε πέρναντα κεσόν.  
πάντες δὲ πιμηνά, καὶ ἄρπα Φάρες ἐέστο.  
οὐτε ἐνι κοράδῃ ἐμπάλεται ἀνελον ἡμαρ-  
ῆς ηγέτη σφίντη, καὶ θεσμὸν ἀγάνορει πειθόν.  
πάντες δέ επενθάζονται ἐπαρτέας ἐνδον ἐν ὄπιῳ,  
ἐνδε μεθηματωμοῖν ἐν βιον αἴρον αἴξει.  
τέρρα μιν ἐνθύφεων τε ἀνηρ, καὶ παῖδες ἀγανοί.  
πεινοῖς δειδικοντες παρεγγέρεοντες ἐπεοιτο.  
δια γναταί, πολλαί μὲν ἀριστεύσαντες κατετούσι  
ηλικίδες; οὐδὲ τοσαίρεχες ἐζόχα πισέων.  
πηνοῖς μορφὴ, πανελάσιον ἐωλεῖς καλλίας.  
θευσεῖς δέ γυναικες ἐτήτημας ἀνταίς ἐποχήν.

δεῦτ,

Σὺν ἡγε ἐνύμνοις μην ἀμείψατε πάντες ἀνδρῶν  
ὅφελον μην εἰν ἀγορῇ πλέον εἴς θεοκελα ἔργα.

Hoc carmen, quod dignum est, ut legatur ab omnibus sapientia vera linguarum, quibus ea velut arcuus conservatur, amantibus, licet prolixius, hoc apponere visum fuit: siquidem in copia sedule matronæ studia & mores graphicè depinguntur, qualem fuisse, quæ huic scriptiōni occasionem subministravit, AGNETAM BESELINIAM, omnium testimonio constat, qui ejus vitam & instituta noverrunt. Ortum ea habuit in hac urbe, omnium Megapolitanaram primaria, A. C. 1563. ex familijs antiquis & parentibus patritijs, patre, viro amplissimo, & prudentissimo, dn. NICOLAO BESELIN, Senatore quondam in hac civitate & repub. dignissimo, matre, feminæ & matrona honestissima, METTA SCHMEDES, filia BALTHASARI SCHMEDES, civis olim in hac urbe primarij, & ELISABETÆ DREVVES, sorore BARTHOLDI SCHMEDES, consulis antebac Rostochiensium meritissimi. Hisce parentibus orta à primis unguiculis una cum fratre, BALTHASARO BESELIN, patritij ordinis cive, & nostri amantissimo, in timore Domini ad omnes operas suo sexui & ortui convenientes sedulò & diligenter educata, postquam adolevit & ad conjugium matrura per etatem visa fuit, Deo parentum consilia dirigente factum est, ut vir doctrina, prudentia, & usu

A 3

rerum

verum spectatissimus, BERNHARDUS SCHAFEN-  
BERGIUS, e tempore hujus reipub. civilis secretarius  
fideliss. postmodum Senator honoratissimus, Et tan-  
dem consul dignissimus Et meritissimus, eam am-  
biret Et exambiret: cui cuncta matrimonio auspica-  
tissimo fuit A. C. 1584. 13. Octobris. In eo qua-  
lem se gesserit, quæ fortuna viventis, quæ beatitudo  
morientis fuerit, paucissimis perstringemus. Princi-  
pio erga maritum ea fide Et obsequio fuit, ut verè  
cum Salomone de ipsa pronunciare possumus, Confi-  
dit ei animus sive cor mariti ejus, Et ut in bellis spo-  
lia victori non deficiunt, ita ipse in pace omnibus ho-  
nis tam strenua adjutricis ope abundavit. Affecit  
eum bono, non autem malo, omnibus diebus vita  
sua. deinde in familia regenda, in pensis cuq; tri-  
buendis, in exigendis rationibus de attributis totam  
se composuit ad normam istius idea Et exemplaris,  
quod ibidem est descriptum. unde maritus ejus libe-  
ratus omni molestia rei privata Et a economia totum  
se publicæ, cui erat demandatorum officiorum, que  
diversa diversis temporibus cum laude gessit, ratio-  
ne obstrictus, dare se sine impedimentis ullis potuit,  
ijsq;, ut necesse erat, vacavit. quæsitis autem, Deo  
benedicente, industria sua, ad luxum non abusa est,  
sed cum domi suæ necessaria impenderat, indigenti-  
bus de reliquo succurrerit, volam suam pandens pau-  
peri, Et manus suas extendens egenti. Fortuna  
viven-

viventis fuit, qualis omnium fidelium, partim se-  
cunda, partim ad versa. in secundis meritissimè pri-  
mo loco numeramus amabilem illam, & constan-  
tem cum marito concordiam: secundo autem pro-  
tem & liberos, quos ex se natos vidit filios tres, (L.  
& Consultissimum virum, dn. NICOLAM, f.  
u. D. excellentissimum, BERNHARDUM, civem  
bujus urbis primarium, JOHANNEM abhuc juve-  
nem cœlibem. & filiam unicam, URSULAM, Am-  
plissimo & Consultissimo viro, Dn. THOMÆ LIN-  
DEMANNO, f. u. D. & antecessori in academia  
celeberrimo, collega & amico nostro honorando,  
olim elocatam, & anteaç pie in Domino de-  
functam: ex filiorum natu maximo tres nepo-  
tes, ex secundo totidem atq; unicam neptem,  
ex filia quinque nepotes & unam neptem.  
quam ejus prosperitatem, ut solet, arbiter omnium  
temperavit nonnullis adversitatibus, quarum præ-  
cipua fuit mors mariti, cum quo tot annos suavissi-  
mè vixerat. ea incidit in A. C. 1619. diem I. Decem-  
bris. Ex eo tempore vitam solitariam, vidua ho-  
nesta & pia decoram, in precibus, alijsq; exercitijs,  
matrona & fidei decoris, egit: donec tandem, hoc men-  
se, febris correpta fuit, quæ, quod in bedicam dege-  
neraret, ei vivendi finem attulit. hunc cum sibi  
instare persisteret, quod toto suæ in hoc mortali-

tatis

tatis studio commorationis tempore fecerat, contra  
peccati, mortis, & inferni tentationes se muniens,  
eterna vita viatico, corporis & sanguinis Christi  
pastu recreata, animam suam superiori dominico  
die, qui fuit 25. hujus mensis, placide obdormi-  
scens, creatori suo, a quo eam acceperat, reddidit.  
Corporis autem exuvia cum hodie, hora media pri-  
ma, terre, omnium nostrum matri, mandanda sunt,  
omnes academiæ cives hortamur & obtestamur, ut  
quod defunctæ matronæ honori, & superstitionis lu-  
gentium dolori debetur, officium non in viti præstent,  
eoz nomine mature in templo Mariano conve-  
niant, seq; ipsos, & totius Germania, undique  
laborantis, salutem Deo opt. max. atq; hujus aca-  
demia, urbis, totiusq; provinciae, & ejus præsi-  
dum, Illustriss. & Celsiss. principum & Domino-  
rum nostrorum clementiss. & amplissimi Senatus,  
academia patronorum, incolumentatem suis precibus  
commendent. P. P. Rostochij, c I o I o CXXIV.  
XXVIII. Aprilis.












viventis fuit, qualis omnium fidei  
cunda, partim aduersa in secundis  
mo loco numeramus amabilem illa-  
tem cum marito concordiam: secu-  
tem & liberos, quos ex se natos vidi.  
& Consultissimum virum, dn. N.  
U. D. excellentissimum, BERNHARD  
bujus urbis primarium, JOHANNEM  
nem cælibem: & filiam unicam, ul-  
plissimo & Consultissimo viro, Dn.  
DEMANTO, f. U. D. & antecessori  
celeberrimo, collega & amico nosto  
olim elocatam, & antehac piè in-  
functam: ex filiorum natu max-  
tes, ex secundo totidem atq; unic  
ex filia quinque nepotes & una  
quam ejus prosperitatem, ut solet, arb-  
temperavit nonnullis adversitatibus  
cipua fuit mors mariti, cum quo tota  
mè vixerat. ea incidit in A. C. 1619, a  
bris. Ex eo tempore vitam solitaria  
nesta & pia decoram, in precibus, al-  
matrona & fideli decoris, egit: donec tan-  
se, febri correpta fuit, qua, quod in  
neraret, ei vivendi finem attulit.  
instare persentis eret, quod toto sua



im sei  
è pri-  
stan-  
pro-  
(L.  
, f.  
em  
uve-  
Am-  
LIN-  
do,  
de-  
epo-  
,  
n.  
or-  
issi-  
em-  
bo-  
ijs,  
en-  
ge-  
ibi  
alt-  
tis